Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

123. Docet, obtemperandum esse Scribis & Pharisæis in Cathedra Moysis sedentibus, etiamsi vita ipsoru[m] minimè sit imitanda. Quoru[m] hypocrisi & ambitione detecta, discipulos humilitatem docet, & ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 123. *Docet obtemperandum eſſe Scribis & Phariſæis in Cathedra Moſis ſedentibus, etiamſi vita ipſorum minimè ſit imitanda. Quorum hypocriſi & ambitione detecta, diſcipulos humilitatem docet, & eiſdem Phariſæis multiplices pœnas interminatur. Matth. 23.* 123. Mar. 12. *122. Luc. 20.* 121.

S. Matthæus.

TVnc Ieſus locutus eſt ad turbas & ad diſcipulos ſuos, dicens, Super cathedram Moyſi ſederũt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo, quęcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecũdùm opera verò eorũ nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Alligãt enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autẽ ſuo nolũt ea mouere. Omnia verò opera ſua faciũt, vt videãtur ab hominibus. dilatãt enim phylacteria ſua, & magnificãt fimbrias. Amant aũt primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagógis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus, rabbi. Vos aũt nolite vocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter, omnes autẽ vos, fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt. Nec vocemini magiſtri: ꝗa magiſter veſter, vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrũ, erit miniſter veſter. Qui aũt ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Væ aũt vobis Scribæ & Phariſæi, hypocritę: ꝗa clauditis regnũ cælorũ ante homines. vos enim non intratis: nec introeũtes ſinitis intrare. Vę vobis Scribę & Phariſæi, hypocritę, ꝗa comeditis domos viduarũ, orationes lõgas orãtes. propter hoc amplius accipietis iudiciũ. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritę: quia circuitis mare & aridã, vt faciatis vnũ proſelytũ: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehõnę duplo quã vos. Væ vobis duces cæci, ꝗ

S. Marcus.

ET dicebat eis in doctrina ſua, Cauete à Scribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcubitus in cœnis, qui deuorant domos viduarũ ſub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium. *140.

S. Lucas.

AVdiente autem omni populo, dixit Diſcipulis ſuis, Attendite à Scribis qui volunt ambulare in ſtolis, & amãt ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in cõuiuijs, qui deuorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem. Hi accipiẽt damnationem maiorem. * 124.

S. Iohannes.

S. Matthaus	*S. Lucas.*	*S. Marcus.*	*S. Iohannes.*
dicitis, Quicũq; iurauerit per tẽplũ, nihil eſt: qui aũt iurauerit in auro tẽpli, debet. Stulti & cæci, quid enim maius eſt, aurũ, an tẽplũ quod ſanctificat aurũ? Et quicũq; iurauerit in altari, nihil eſt: quicũq; aũt iurauerit in dono quod eſt ſuper illud, debet. Cæci quid enĩ maius eſt, donũ, an altare quod ſanctificat donũ? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in oĩbus q̃ ſuper illud ſunt: & quicũq; iurauerit in tẽplo, iurat in illo & in eo q̃ habitat in ipſo: & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei & in eo qui ſedet ſup eũ. Væ vobis Scribę & Phariſæi, hypocritę: q̃a decimatis mẽtam & anethũ & cyminũ, & reliquiſtis quę grauiora ſunt legis, iudiciũ, & miſericordiá, & fidem. hęc oportuit facere, & illa nõ omittere. Duces cæci, excolantes culicẽ, camelũ aũt glutiẽtes. Vę vobis Scribę & Phariſęi, hypocritæ: quia mũdatis quod deforis eſt calicis & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina & immũditia. Phariſæe cęce, mũda prius quod intùs eſt, calicis & paropſidis, vt fiat id quod deforis eſt, mũdũ. Væ vobis Scribę & Phariſęi hypocritę: q̃a ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, q̃ à foris parẽt hoĩbus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſsib⁹ mortuorũ, & omni ſpurcitia ſic & vos à foris q̃dẽ paretis hoĩbus iuſti: intus autẽ pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Væ vobis Scribę & Phariſęi, hypocritę: quia ędificatis ſepulchra prophetarũ, & ornatis monumẽta iuſtorũ, & dicitis, Si fuiſſemus in diebus patrũ noſtrorũ, nõ eſſemus ſocij eorũ in ſanguine prophetarũ. itaq; teſtimonio eſtis vobiſmetipſis quia filij eſtis eorũ qui prophetas occiderũt. Et vos implete menſurã patrũ veſtrorũ. Serpẽtes genimina viperarũ, quomodo fu-			

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
fugietis à iudicio gehennæ ? Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapiẽtes & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequimini de ciuitate in ciuitatẽ: vt veniat ſuper vos oĩs ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidiſtis inter tẽplũ & altare. Amen dico vobis, veniẽt hęc oĩa ſuper generationẽ iſtam. Ieruſalẽ, Ieruſalẽ, q̄ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui cõgregare filios tuos, quẽadmodũ gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domꝰ veſtra deſerta. Dico enim vobis, nõ me videbitis àmodo, donec dicatis, Benedictꝰ q̄ venit in nomine Dñi.* 125			

CAP. 124. *Vidua paupercula præfertur omnibus alijs munera in gazophylacium immittentibus.* Mar. 12.* 123. Luc. 21 * 123.

S. Matthæus	S. Marcus	S. Lucas.	S. Iohannes
	ET ſedens Ieſus cõtra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba iactaret ęs in gazophylaciũ, & multi diuites iactabãt multa. Cũ veniſſet autẽ vidua paup̄, miſit duo minuta, qđ eſt quadrãs. & conuocans diſcipulos ſuos, ait illis, Amen dico vobis, quoniã vidua hęc pauper plus omnibꝰ miſit qui miſerunt in gazophylaciũ. Omnes enĩ ex eo quod abũdabat illis, miſerũt: hæc verò de penuria ſua omnia quę habuit miſit totũ victũ ſuũ.* 125.	REſpiciens autem, vidis eos qui mittebant munera ſua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. Et dixit, Verè dico vobis, quia vidua hęc pauper, plus quã omnes miſit. nam omnes hi, ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei: hęc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum ſuum quem habuit miſit.* 125.	